AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 199
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ullum uerbum tamen miraretur praeses uehementer,
Per diem autem sollemnem consueuerat praeses dimittere popu
lum unum uinctum quem uoluissent, habebant autem tunc uinctum
insignem qui dicebatur barabas. Congregatis ergo illis dixit
pilatus. Quem uultis dimittam uobis barabban an ihm qui di
citur xps, Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum;
Sedente autem illo pro tribunali misit ad illum uxor eius dicens,
Nihil tibi et iusto illi. multa enim passa sum hodie per uisum ppter eum;
Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis
ut peterent barabban. ihm uero perderent. Respondens
autem praeses ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti.
At illi dixerunt barabban, Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam
de ihu qui dicitur xps. Dicunt omnes crucifigatur. At illis praeses.
Quid enim malefecit. At illi magis clamabant dicentes crucifi
gatur, Uidens autem pilatus quia nihil proficeret sed magis
tumultus fieret. Accepta aqua laut manus coram populo dicens
Innocens ego sum a sanguine iustibuius. uos uidetis, et respon
dens uniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos et super filios
nros, Tunc dimisit illis barabban, Ihm autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur. Haec namque matths per pilatum
gesta dedno, marcus quoq; paene eisdem uerbis et rebus concinit,
Uerba autem pilati quibus respondit populo patenta ut sollemnitate
unus uinctus demitteretur. Ita refert. Pilatus autem respondit
eis. et dixit. Uultis dimittam uobis regem iudaeorum, Matths
autem sic ait. Congregatis ergo illis dixit pilatus. Quem
uultis dimittam uobis barabban an ihm qui dicitur xps.
Nulla quaestio est quod tacet ipsos passisse. Ut aliqui de eis demittetur;
Sed quaeri potest quae uerba pilatus dixerit. Utrumque amat
theo. An quae a marco referuntur. Aliud enim uidetur esse
quem uultis dimittam uobis barabba. An ihm qui dicitur xps.
Aliud uultis dimittam uobis regem iudaeorum dicens, Petrus
uero sedebat foris in atrio. Quod non diceret. Nisi illa cum dno